



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.34. Episcopatus Laudensis & Adrianus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

§. XXXIV.

Sæcul.XIII.
A. C. 1252.*Episcopatus Laudensis & Adri-
nus.*

Anno præterito Papa, cum Mediolani
esset, receperat Laudem civitatem an-
tea Friderici partibus addictam usque a-
deo, ut Papa Gregorius IX. eam Episco-
patu privaverit ob graves injurias non-
nullis Clericis ac Religiosis viris illatas,
combustumque insuper quendam Fratrem
Minorem. Ottobellus tum temporis E-
piscopus Laudensis urbem suam sic de-
pressam videns, præ mœrore diem obiit
an. 1242, ac per annos decem nullum
habuit successorem. Tandem vero In-
nocentius IV. urbi in gratiam receptæ
Pontificiæ sedis decus restituit, & Bon-
joannis electionem in ejus Episcopum ap-
probavit: ut constat e litteris, quas dabat
9 Jan. 1252.

Mon. Pad.
Ughell. to.4.
p.920.921.
Raynald.
n.5.

Adriam Aprutii ulterioris oppidum,
cum a Papa staret, Cardinalis Petrus Col-
limedius Episcopus Albanensis ei nomen
urbis & Pontificiæ sedis honorem, nec
tamen Episcopum singularem tribuit, sed
Episcopatum Pennensem perpetuo jun-
xit, e quo pendeat Adria, & cujus E-
piscopus tunc Beraldus erat. Paparem
ratam habuit per diploma 5 Martii an.
1252 datum: & hi duo Episcopatus Pen-
F 4 nensis

Ughell. to.1.
p.59.
Raynald.
n.6.

Sæcul. XIII. A.C. 1252. nensis & Adrianus postea conjuncti semper, atque Apostolicæ Sedi proxime subiecti permansere. Sed fateor, me non videre, quid emolumenti spiritualis ex hac Episcopatus duplicatione provenit.

§. XXXV.

S. Petri Veronensis martyrium.

Vit. ap. Boll. Interea Petrus Veronensis, Inquisitor, *to. II. p. 696.* Mediolani hæreticos fortiter impugnabat. Sæpe his spondebat, se comprobandæ fidei catholicæ causa subituro flammis, si eas secum intrarent. Dicebat, se per illorum scelus e corpore excessurum, ac Mediolani sepultum iri. Quoties ad altare Cælestem Hostiam supra verticem attollebat, toties orabat, ne aliter, quam pro fide animam ederet. *p. 698.* Dominica Palmarum 24 Martii sacram Mediolani orationem habens ad decem fere millia hominum clara voce, Certum est, inquebat, hæreticos in meam necem conspirasse, ac eo fine pecunias apud aliquem deposuisse. Sed agant, quidquid velint, mortuus eis plus obstabo, quam vivus fecero. Deinde Comum, ubi cœnobia præerat, remeavit.

p. 681. Conjuraverant vero Stephanus Gonfalonarius (seu Ecclesiæ signifer aut defensor) Aliatensis, Manfredus, Clitorus *Geric. p. 263.*

ex.